eſt. dupliciter videri aliquid qđ ſit vnū
nullo pacto poteſt. Que cum ita ſint.
tria hec quāuis diuerſa natura quem-
admodum in quandam vnitatem con-
temperantur meminerimus idem ſpecies
corporis que videtur. et impreſſa eius
imago ſenſui q̄ eſt viſio. ſenſus ve for-
matus. et voluntas animi que rei ſenſi-
bili ſenſum admonet. in eoqȝ ipſam vi-
ſionē tenet. Horum primum id eſt res
viſibilis non pertinet ad animantis na
turam. niſi cum corpus noſtrum cernī-
mus Alterum autem ita pertinet. vt et
in corpore fiat. et per corpus ī anima.
fit em̄ in ſenſu. qui neqȝ ſine corpore ē.
neqȝ ſine animo. Tercium vero ſolius
aīe ē. qȝ volūtas ē Cū igit̄ horȝ triū tā
diuerſe ſubſtantie ſint. tamen intantaȝ
coeunt vnitateȝ. vt duo priora vix inter
cedente iudice ratione diſcerni valeāt.
ſpecies videlicet corporis qđ videtur.
et imago eius que fit in ſenſu id eſt vi-
ſio Voluntas autem tantam vim habet
copulandi hec duo. vt et ſenſum formā
dum admoueat ei rei que cernitur. et in
ea formatum teneat. Et ſi cauſa violen
ta eſt vt poſſit vocari amor aut cupidi
tas. aut libido. etiam ceterum corpus
animantis vehemēter afficit. Et vbi nō
reſiſtit pigrior duriorqȝ materies. in ſi
milem ſpeciem coloremqȝ cōmutat. li-
cet videre corpuſculum chameleontis.
ad colores quos videt faciliima cōuer
ſione variari. Aliorum animalium quia
non eſt ad conuerſionem facilis corpu-
lentia. fetus plerumqȝ produnt libidi-
nes matrum. quid cum magna delecta
tione cōſpexerint Quam em̄ teneriora.
atqȝ vt ita dixerim formabiliora ſunt
primordia ſeminū. tam efficaciter et ca-
paciter ſequnt̄ intētioneȝ materne aīe.
et que in ea facta eſt phantaſiam. per
corpus qđ cupide aſpexit. Sunt exem-
pla que copioſe cōmemorari poſſint. ſȝ
vnū ſufficit de fideliſſimis libris quos
fecit iacob vt oues et capre varios co-
loribus parerent. ſupponendo eis varia
virgulta ī canalibus aquarum. que po-
tantes intuentur eo tempore. quo con-
ceperant. Sed anima rationalis defor
miter viuit. cū ſecundū trinitatē exteri
oris hoīs viuit. id eſt cū ad ea q̄ foriſ-
ſecus ſenſum corporis formant. non lau
dabilem voluntatem. qua hec ad vtile
aliquid referat. Sed turpem cupidita-
tem qua his inhereſcat accommodat.

Cap 37

Quia etiam detracta ſpetie cor-
poris que corporaliter ſentie-
batur. remanet in memoria ſi-
militudo eius quo rurſus voluntas con
uertat aciem vt inde formetur intrinſe
cus. ſicut ex corpore obiecto ſenſibili.
ſenſus extrinſec9 formabatur. Atqȝ ita
fit illa trinitas. ex memoria et iterna vi
ſione et q̄ vtrūqȝ copulat volūtate. que
tria cū ī vnū cogunt̄. ab ipſo coactu co
gitatō dicit̄. Nec iā ī his trib9 diuerſa
ſubſtātia ē Neqȝ em̄ aut corp9 illđ ſenſi
bile ibi eſt. qđ omnino diſcretum eſt ab
animantis natura. aut ſenſus corporis
ibi formatur vt fiat viſio. aut ipſa vo-
luntas id agit. vt firmandum ſenſu ſenſi
bili corpori admoueat. in eoqȝ formatū
detineat. Sȝ pro illa ſpetie corpis q̄ vi
debat̄ extrinſec9 ſuccedit memoria re-
tinēs. illā ſpeciē quā p corpis ſenſum
cōbibit aīa. proqȝ illa viſione que foris
erat cū ſenſ9 ex corpe viſibili format̄.
ſuccedit intus ſimilis viſio. cum ex eo
qđ memoria tenet. formatur acies ani-
mi et abſentia corpora cogitantur. Vo-
luntaſqȝ ipa quomodo foris corpori ob
iecto formandum ſenſum admouebat.
formatumqȝ iungebat. Sic aciem recor
dantis animi conuertit ad memoriam.
vt ex eo q̄ illa retinuit iſta formetur.
et fit ī cogitatione ſimilis viſio Sicut
autē ratione diſcernebatur ſpecies vi-
ſibilis. qua ſenſ9 corporis formabat̄.
et eius ſimilitudo q̄ fiebat in ſenſu for
mando vt eſſet viſio. Alioquin ita erāt
coniuncte. vt omnino vna eademqȝ pu
taretur. ſic illa phantaſia cum animus